



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

IV. Markgraf Otto überläßt dem Kloster Diesdorf seine Rechte in Diesdorf und Berkmere, um das Jahr 1200.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

nimine specialiter . . . concessionem et institutionem a bone memorie Herm. Comite, Othelrici Comitis Werbetke filio, de assensu diocesani canonicè factam donationem quorundam locorum ab ipso diocesano episcopo similiter ipsi ecclesie factam et liberam electionem in instituendo prelato, sicut ea a vobis rationabiliter et ab ipsa ecclesia iuste et sine controversia possidentur et in scripto autentico ipsius Episcopi sunt annexa, eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Laterani, VIII. Kal. Septembris, pontificatus nostri anno primo.

Gercken's Dipl. I, 425—427.

IV. Markgraf Otto überläßt dem Kloster Diesdorf seine Rechte in Diesdorf und Berkmere, um das Jahr 1200.

In nomine sancte et individue trinitatis. Secundus Otto, Dei gratia Brandenburgensis Marchio, Notum sit universis tam presentibus quam futuris, quod ego quicquid in villa Distorp et Beremore juris habui, ecclesie beate Marie virginis in Distorpe libere contuli. Ac nequis jam dictam ecclesiam in precariis sive exactionibus sive in cujuscunque modi obsequiis temerario ausu molestare presumat, ut hanc ratihabitionem inconvulsam permanere faciam, eam literarum mearum annotatione et sigilli mei impressione communiri jussi. Testes hujus sunt Henricus Comes de Dannenberg, Comites de Luchow, Wernerus et Olricus, Dominus Friedericus de Osterwald, Dapifer, Rudolphus et fratres ejus, Gerhardus et Johannes Ganse, Burchardus de Kocstede.

Senß Br. Urf. S. 864 (wo die Urkunde in das Jahr 1190 gesetzt ist) und Beckmann's Besch. V, I, X, Sp. 142.

V. Hermann, Propst zu Hamburg, so wie Günzel und Heinrich, Grafen von Schwerin, überlassen dem Kloster Diesdorf vier Hufen zu Barnebeck, am 10. Juli 1217.

Univerſis scriptum hoc inspicientibus Hermannus prepositus Hamburgensis, Gunzelinus et Henricus, Comites Suerinenses, salutem et obsequium. Quoniam facta hominum cum tempore transeunt et mutantur, idcirco facta eorum noticie posterorum per scripta authentica commendantur. Scire itaque volumus omnium Christi fidelium tam presentium quam futurorum industriam, quod nos pro eterna remuneratione IV. mansos in Bernebeke proprietatis nostre cum